



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

De signis, & prodigiis admirandis quidem, sed fallacibus, quæ Dæmonis
opera patrabit Antichristus. Sectio XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

De signis, & prodigiis admirandis quidem, sed fallacibus,
quaꝝ Dæmonis opera patrabit Antichristus.

S E C T I O X I.

I. **R**ibus quasi machinis validissimis Antichristus Ecclesiæ oppugnabit: quæ-

Rabanus. admodū docet Rabā Maurus Archiep. Mogūtinus, terrore nimirūm, mu-

neribus, & prodigiis. Et quidem vera miracula efficere nō poterit, cum id ad so-

lius Dei potētate, & imperiū, pertineat, verū effēcta admirabilia, signa multa, & prodigia perpetrabit Dæmonū opera. Quanquā vero multa verē per ma-

Omnia Anti- giam efficiet, videlicet opera Dæmonum applicantū actua passiū, cuiusmodi

mendacia. fuerūt serpentes illi Magorū Pharaonis, vt est probabilior sententia: meritd tamē

omnia eius signa mendacia appellātur, quia ad fallendum, doctrinæque suæ fal-

situdinem astroēdam pertinebunt. De quibus signis, & prodigiis loquitur Paul. 2. ad

2. Thess. 2. 9. Thess. 2. Cuīus est aduentus secundum operationem Sarana in omni virtute, & signis, & pro-

digij mendacibus, & in omni seductione iniquitatū ijs, qui pereunt, & quod charitate veritatis

non receperunt, ut salvi fierent. Quānam verō huiusmodi prodigia sint futura habe-

Method. mus ex parte significatum à Patribus. Method. Episc. & Mart. in suis reuelatio-

nibus, quæ referuntur tomo 2. Biblioth. S. Patrum. Faciet, inquit, multa signa, &

prodigia sophistica, & falsa, cœci respiciente, claudi ambulabunt, surdi audient, dæmoniaci

curabuntur, conuerteret solēm in tenebras, & lunam in sanguine apparetur. Hippolyt. Epis.

& Martyr orat, de consummatione mundi. Leprosos, inquit, mundabit paralyticos ex-

citabit, expellet Dæmones, longina quæ non aliter quām præsentia denunciabit, mortuos suscita-

bit, transferet montes ante oculi Spectantium, sicca pedib⁹ ambulabit super mare, deducet

ignem ē celo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem solēm circum ager quo libuerit, &

vt semel dicam omnia terre, marisque elementa, vi oblatæ apparitionis coram spectantibus

obtemperare sibi demonstrabit. Beatus Ephrem Syrus tract. De confummatione se-

culi, & Antichristo. Transfert, inquit, Montes, & insulas fallaciter, & currere quidem

videbitur mons coram cunctis turbis spectantibus, licet omnis a suis fundamentis non sit mo-

tus super abyssum incedet, & in ea, ut super terram se ambulare simulabit: magna tribulatio

erit in diebus illis, quando seipsum ut Deum ostentabit formidabilibus portentis, per aerā voli-

tans, cunctiq; Dæmones in forma Angelorum: cum timore coram tyranno in aere sublineas

volitare conficietur. Raban. Maur. tract. de Antichristo, qui falsō, ut diximus, al-

critur D. Aug. Faciet, inquit, signa inaudita, arborei nimirū subiōstare & arestere,

mare turbari, & subiō tranquillari: naturas in diuersas signas mutari, agitari aera venti,

& mul̄ imodis commotionibus mortinos in conspectu hominum suscitari.

II. **Matt. 24. 24.** Que omnia nō de solo Antichristo accipiēda sunt, sed de eius etiā se datorib⁹,

Praedicatori porrillimq; prædictoribus, ut Christus Dominus cōceptis verbis docuit Matt.

Autich. mal- 24. 24. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita

25. non sanen- vi in errore inducuntur, si fieri potest etiā electi. Vbi notandum est de signis, & prodigiis di-

vera edent miracula. Etū fuisse: Ut in errore inducatur, si fieri potest etiā electi. Erit enim hæc lōgē omniū gra-

Cyril. Alex. uissima tētatio multō ipsi stormētis, muneribusq; potētior. Ita prædicione Chri-

Martyres qui tūntellexit Cyr. Hieros. categ. 15. Nūquid, inquit, non beatus martyr est, qui iunc pro

26. non sanen- Christo martyri pertulerit? Ego verō illis super omnes martyres sedixerim: nā qui ante apre-

cepsit ut, cū hominib⁹ illis tantū certamē erat, qui vero tēpore Antichristi patiētur, personaliter

27. vera edent cū Sarana pugnabit: tunc verō superiores illos martyres reges solū occidebāt, mortuos autē nō ex-

miracula. citat, neq; signis & prodigiis eiusq; phantasmam perturbabāt, hic autē & timore, & necessita-

28. amar mar- tū mala subversio, ut seducatur si fieri potest etiā electi, nequādo in cor scēdat, quæ Chri. plura

29. tyres. hū geſerit. In eandē sent, loquitur D. Gre. l. 32. Mor. c. 13. Pēsim⁹ inquit, quæ erit humana

mentū illa

in illa tentatio, quando pīs martyris, & corpori tormentis subiicit, & tamen ante eius oculos cor-
tor miracula facit: cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum funde quatiatur: quando is, qui D. Isid.
flagris crucis, signis coruscat? Et D. Isid. lib. i. de summo bono c. 28. Olim, inquit, sa-
ciebant miracula martyris, tunc autem videbuntur facere ipsi persecutores.

Ceterum quanquam tam multa, tamque admiranda futura sint huiusmodi si- III.
gnata, nūquā tam Christi Ecclesia, fidēisque ac religio labefactari poterunt. Nā
præter alia maxima sublīdia, quibus Diuina prouidentia fideles eius temporis mi- Antichristi
rum in modum confirmavit, simili etiam Enoch, & Helias toto fere tempore ty- Persecutione
rannūdīs Antichristi illustrissimis miraculis coruscabunt, vt diximus c. 11. cū Ioan. nūquā la-
bēfactabitur Ecclesia.
Opinio De-
minici à Soto
nullo modo
defendenda.
s, nostro exēgetico sect. ii. Quare defendi nō potest id, quod ait Dominicus à So-
to, lib. 4. sentent. d. 46. q. 2. art. 1. videlicet propter acerbissimam illam persecutio-
nem, fidem ac religionem Christi extinguidam esse. Extincta, inquit, fide per dis-
cenſionem ab Apostolica sedē totus mundus vanus erit, ac deinceps in cassum processurus: expa-
nēscant ergo mortales, quam sit pīs lens amor sui, inde enim dimanat elatio, & superbia, qua sub-
ducatur tandem Antichristi ciuitatem Dei labefactabit. Non potest, inquam, defendi hoc
sentētia, vt bene aduerit Bellarminus tract. de Antichristo, c. 17. t. 1. suarum cō- Bellarm.
trouersiarum: quoniam pugnat cum illa Christi promissione, Matth. 16. Super hanc
petram adiſicabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praualebunt aduersus eam. Accedit,
quod cum Christus Dominus dixit Matth. 24. Dabunt signa magna, ita ut in terrorē in- Matt. 16. 18
ducantur, si fieri potest etiam electi: sed propter electos brevi abūntur dies illi: manifestè signifi-
cauit, tempore Antichristi futuros electos, atque adeò Ecclesiam. Qua de re le- Matt. 24. 24
gēndū est. D. August. li. 20. de Ciuit. Dei c. 8. Post hæc, inquit, aportet cum, (id est, Dia-
bolum) solubrū tempore, si hoc est Diabolo ligari, & includi, Ecclesiam non posse seduiri:
hæc ergo erit solutio ciuius ut possit? Absit nūquā ab illo Ecclesia seducetur prædestinata, & ele- Aug.
cta ante māndi constitutionem, de qua dīlēctus. Non it Dominus qui sunt eis, & tamen hic erit
Ecclesia illo tempore etiam qāo solvendus est Diaboli, sc̄iū ex quo est insinuat hic fuit, & erit Apoc. 20. 9.
omni tempore, in suis utique qui succedunt nascendo morientib⁹. Id quod probat Aug. ex
c. 20. huius operis cum dicitur: Et ascenderunt super terrę latitudinem, & cinxerunt ca-
stra sanctorum, & dilectam ciuitatem. Et descendit ignis de celo à Deo, & comedit eos: & Dia-
bolus, quis educebat eos, missus est in flagrū ignis & sulphuris, ubi & bestia, & pseudopropheta
cruciabantur die ac nocte in secula seculorum. Sed hoc iam ad indicium ultimū pertinet, quod nūc
propterea commemorandum putauim⁹; ne quis existimet ei ipso parvo tempore, que solvetur Dia-
bolus in hac terra Ecclesia non fallarim⁹; in illo hic eam vel non inueniente, cum fuerit soluta,
vel absumente cum fuerit modū omnibus persecutus. Et paulo inferius: Alligatio, inquit,
Diaboli, est non permitti exercere totam temptationem, quam potest, vel vi, vel dolo ad seducendos
homines in partē suam cogendo violenter, fraudulentē rōe fallendo: quod si permitteretur in tam
longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Dei id perpeti non vult, &
fideles deuiceret, & ne crederent impedit, quod ne faceret alligatus est. Denique paucis in-
terpositis, solvetur, inquit, in fine, ut quam fortē aduersariūm Dei ciuitas superauerit, cum
ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat. Hactenus August.

Vtrum Antichristo regnante, sacrificium Eucharistiae in
Ecclesia cessaturum sit?

SECTIO XII.

Quod cessaturum sit non semel videtur à Daniele prænuntiatum, etenim I.
capite 8. Audipi, inquit, unum de sanctis loquentem: & dixit unus sanctus Dan. 8. 13.
alteri nescio cui loquens: usquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis, qua
Bbb. iii